

Manualito de las mas usuales bendiciones que se acostumbran con experimentado provecho de sanos y enfermos. Añadidas las absoluciones de la bula del Sr. Benedicto XIV y escapulario de Ntra. Sra. de la Merced.

Contributors

Benedict XIV, Pope, 1675-1758.
De la Merced, Sra.

Publication/Creation

Mexico : I. Cumplido, 1845.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/exe8ruu2>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

M. 357 95300

MANUALITO

de las mas usuales

BENDICIONES

Que se acostumbran con experimentado
provecho de sanos y enfermos.

*Añadidas las Absoluciones de la Bula del
Sr. Benedicto XIV. y Escapulario
de Ntra. Sra. de la Merced.*



MEXICO: 1845.

IMPRESO POR IGNACIO CUMPLIDO,
calle de los Rebeldes número 2.

REVISED

THE NEW YORK PUBLIC

LIBRARY

ASTOR LENOX TILDEN FOUNDATION


Ames Rm



NEW YORK 1845

PRINTED BY J. B. LIPPINCOTT & CO.

101 N. 3RD ST. PHILADELPHIA



SIENDO preciso en nuestras necesidades y trabajos ocurrir á quien los pueda remediar, nos vemos precisados en las presentes epidemias, que tanto nos afligen, á implorar con todo aliento y confianza la misericordia de Dios por medio de sus escogidos. Y habiéndose señalado los santos que adelante se espresarán mediante los instrumentos de que con tanto provecho se ha usado y usa entre los católicos, ha procurado una persona deseosa del bien comun, recopilar en estas pocas hojas las formas de bendiciones que contienen, para que valiéndose de ellas con la mas viva fé, rueguen al Todopoderoso aplaque su justa ira, y nos conceda su santísima gracia, por los Dolores de su Purísima Madre.

Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b29324294>

BENDICION DEL ESCAPULARIO

DE NTRA. SEÑORA DE LOS DOLORES.

Cruz, estola y luz.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit Cœlum & Terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DOMINE Jesu-Christe, qui regmen nostrae mortalitatis induere dignatus es, obsecramus immensam bonitatis tuæ abundantiam, ut hoc genus vestimentorum, quod ad innocentiae humilitatisque judicium in memoriam septem Dolorem Beatae Virginis MARIÆ nos ferre optamus, ita benedicere ✠ digneris, ut qui illo fuerit indutus, Corpore pariter, ac animo induat te Salvatorem nostrum: qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO B. V. DOLOROSÆ.

OREMUS. Deus in cujus passione secundum Simeonis profetiam, &c.

Postea aspergitur aqua benedicta, & dicitur:
Asperges me hysopo & mundabor, lavabis me,
& super nivem dealbabor.

BENDICION DEL AGUA

DE NTRO. PADRE SANTO DOMINGO.

Dentro reliquia ó imágen, cruz, estola y luz.

OSPEM miram quam dedisti mortis hora te flentibus; dum post mortem promissisti te profuturum fratribus; imple Pater quod dixisti nos tuis juvans precibus qui tot signis claruisti, in ægrorum corporibus nobis opem ferens Christi, ægris in medemoribus, imple, & gloria, & imple, &c. Immergitur numisma. S. P. Dominici.

OREMUS.

BENEDIC Domine hanc aquam ut sit remedium salutare generi humano; & per intercessionem B.

Dominici P. N. cujus numisma in eam immergitur, præsta, ut quicumque ex illa sumpserint, corporis sanitatem, & animæ tutelam accipiant. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

V. Ora pro nobis Beate P. N. Dominice.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

CONCEDE quæsumus Omnipotens Deus, ut qui peccatorum nostrum pondere præmimat B. Dominici Confessoris tui, P. N. patrocinio sublevemur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

BENDICION DEL AGUA

DE NUESTRO PADRE SAN IGNACIO.

Dentro reliquia ó imágen, cruz, estola y luz.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit Cælum & Terram.

V. Sit nomen Domini benedictum.

R. Ex hoc nunc, & usque in sæculum.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DOMINE Sancte Pater Omnipotens Æternæ Deus, qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus facturam tuam multiplici pietate custodis, ad invocationem tui Nominis benignus assiste, & intercedentibus Beata Virgine MARIA, & Sancto Patre Ignacio famulos tuos ab ægritudine liberatos, & sanitate donatos, dextera tua erigas virtute confirmes, potestati tuearis, atque Ecclesiæ tuæ Sanctæ, cum omni prosperitate restituas. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Benedic Domine ✠ hanc aquam, ut sit remedium salutare generi humano, & per intercessionem Beatæ Virginis MARIÆ, ac S. Patris Ignatii, cujus (vel) Reliquia (vel) Imago, in eam immergitur, presta, ut quicumque ex illa sumpserint, corporis sanitatem, & animæ tutelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

OREMUS.

CONFER benignissime Deus per contactum (vel)

Reliquiæ (vel) Imaginis Sancti tui Ignatii Aquæ
huic virtutem sanandi corpus & animam, pellen-
dique omnia mala ab hoc loco, ejusque incolis.
In nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus Sancti,
✠ Amen.

Deus, qui ad majorem tui Nominis gloriam
propagandam novo per Beatum Ignatium subsi-
dio militantem Ecclesiam roborasti, concede, ut
ejus auxilio, & imitatione certantes in terris, co-
ronari cum ipso mereamur in Cœlis. Per Chris-
tum Dominum nostrum. Amen.

BENDICION

DEL AGUA DE SAN PEDRO MARTIR.

Dentro reliquia ó imágen, cruz, estola y luz.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit Cœlum & Terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS, qui ad salutem humani géneris maxima,
quæque Sacramenta in aquarum substantia con-

didisti: Adesto propitius invocationibus nostris, & elemento huic Aquæ quod B. Petri Martyris tui virtute consignamus, virtutem tuæ Bene ✠ dictionis infunde, ut per interventum ejusdem Martyris tui, fit fidelibus tuis in remedium salutare Dæmones ab eis ejiciens, morbos ac infirmitates corporis repelle, & præsta, ut quicumque eam sumpserint, vel ab ea aspersi fuerint, ab omni aduersitate animæ, & corporis liberentur, & utriusque hominis recipiant sanitatem. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

OREMUS.

IMMENSAM clementiam tuam Omnipotens Æternæ Deus, humiliter imploramus: ut hoc fideles tuos ad Reliquias B. Petri Martyris tui devote accedentes, & ejus suffragia postulantes, tua ineffabili virtute Bene ✠ dicere digneris, ut per interventum ejusdem Martyris tui ab omni ægitudine mentis, & corporis liberati, tuaque hic, & ubique misericordia custodiri, & gratia salvati, post hujus quoque viæ ac vitæ cursum ad æterna mereamur.

gaudia prevcnire. Per Dominum nostrum Jesum-Christum, &c. Amen.

BENDICION

DEL AGUA DE SAN RAMON NONNATO.

Dentro reliquia ó imágen, cruz, estola y luz.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit Cœlum & Terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

FIDELIUM Deus, omniam fortitudo & salus, qui Sacrum B. Petri Apostoli tui febribus magnis detentam piæ rogationis intuitu perfecte sanitasti: Sanctificare ✠ & benedicere ✠ digneris creaturam hanc aquæ in tuo Sanctissimo Nomine, & Confessoris tui Raymundi Nonnati, quem spreto sæculo ad Almæ Genitricis Virginis MARIÆ Religionem vocare dignatus es: concede quæsumus gloriosis ejus meritis, & intercessionibus, ut quicumque febrium vexatione gravantur, per hujus lotio-

nem, vel aspersionem, vel potionem, Aquæ acunctis animæ & corpori noxis liberentur, atque Ecclesiæ tuæ incolumes repræsentari mereantur, gratiarum tibi actiones in ea jugiter referentes. Qui vivis, &c.

OREMUS.

BENEDIC ✠ Domine meritis Beati Raymundi Nonnati, creaturam hanc aquæ ✠ qui glorioso tuo corpore benedixisti aquas Jordanis, & præsta ut omnes gustantes ex ea, vel eam atingentes, tam corporis quam animæ recipiant sanitatem. Qui vivis, & regnas &c. O Raymundo Nonnate norma munditiæ, puritatis & continentiae ora Matrem Misericordiae ut in hac valle miseriæ nos defendat ab omni scelere, ut extuti á mortali corpore perfruamur æterna requie.

OREMUS.

CONCEDE quæsumus Omnipotens Deus, ut per virtutem benedictionis hujus Aquæ, & per merita Passionis Domini Nostri Jesu-Christi, & per intercessionem B. MARIÆ Virginis, & B. Ray-

mundi Nonnati, & omnium Sanctorum omnes fidelis, qui pie & devote aquam istam gustaverint, vel attingerint, Animæ, & Corporis sanitatem valeant recipere, & in ejus sancto servicio permanere. Per Cristum Dominum nostrum. Amen.

OREMUS.

DEUS qui in liberandis fidelibus tuis ab impiorum captivitate B. Raymundum Nonnatum, Confessorem tuum mirabilem effecisti, ejus nobis intercessione concede, ut á peccatorum vinculis absoluti, quæ tibi sunt placita, liberis mentibus, exequamur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

OREMUS.

OMNIPOTENS Sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei Æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia Majestatis adorare unitatem: quæsumus ut ejusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur adversis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

OREMUS.

CONCEDE nos famulos tuos, quæsumus Domine

Deus perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & gloriosæ B. MARIÆ semper Virginis intercessione á presenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per Chrístum Dominum nostrum, Amen.

Benedictio Dei Omnipotentis, Patris ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti descendat super has Aquas, & maneat semper. Amen.

BENDICION DEL ACEITE

DE SAN SERAPIO MARTIR.

Se puede hacer en cualquiera medicinal.

Cruz, estola y luz.

V. Adjutorium nostrum, &c.

R. Qui fecit Cœlum, &c.

V. Domine exaudi, &c.

R. Et clamor meus, &c.

V. Dominus vooiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

OMNIPOTENS Sempiterne Deus, totius human

generis pharmacum & levameu. qui Salomonem per Sadoc unxisti, & in Davidem Oleo delibutum deinceps per Spiritum tuum benedictionis direxisti; sanctificare ✠ digneris Olei creaturam hanc, quam benedicimus ✠ in nomine streui tui Athletæ Serapionis almi, cujus pro opresis redimendis libratur in aere corpus, intestinis rota glomeratis, membratim scissa labefactant frustula, ut ulceribus, fracturis, atque omnigeni doloris gravamine decumbentes, hoc ✠ Sancto Oleo perfussi, in ejus, qui in cruci atu tot fuil truces perpesus dolores, intervenientibus precibus, & juvamine, lenito vulnere, temporale sentiant opem, & salutem adipiscantur æternam. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

ANTIPHONA.

SERAPION Athleta nobilis, Scotiæ juvar, ornamentum nostræ Virginis Matris, Christiferæ cohortis Signifer, intercede pro nobis ad Dominum, qui in tot dolorum strepitu virtutem tibi contulit, & constantiam.

V. Ora pro nobis B. Serapion.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

CORDA nostra tui amoris igne Jesu Redemptor inflamma, & sicut B. Serapion, pro fidelibus redimendis actus in Crucem te secutus occubuit, ita, pia ejus intercessione nullis frangamur adversis, & tuæ Crucis semper inhæreamus amplexibus. Qui vivis & regnas, &c.

OREMUS.

MISERATOR, & misecors Domine: Benedic ✠ egregiis meritis acerbissimæ passionis neoterici legis gratiæ Machabæi Sancti Serapionis Marthyris tui, & per virtutem tuam Benedic ✠ tionis sanctifica Oleum istud, qui Aaron, & filios suos piæ unctionis Oleo, quondam sanctificasti: quique Sanctis Apostolis tuis multos languentes Olei perfusione medendi vjrtutem contulisti: præsta, ut quicumque quovis doloris genere pressi venerunt, in honorem Martyris tui devote peruncti, te adjuvante, corporis nascantur solamen, ac mentis medelam te opitulante recipiant, ut tandem reddita sibi sanitâte gratiarum, tibi in Ecclesia

referant actiones. Per Christum Dominum nostrum.

Benedictio Dei Omnipotentis Patris ☩ & Filii
☩ Spiritus ☩ Sancti descendat super hoc Oleum,
& maneat semper. Amen.

BENDICION

DEL AGUA DE SAN ALBERTO.

Reliquia ó imágen. cruz, estola y luz.

V. Adjutorium nostrum, &c.

R. Qui fecit Cœlum &c.

V. Sit Nomen Domini benedictum.

R. Ex hoc nunc, & usque in sæculum.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

FIDELIUM Deus omnium fortitudo, & salus, qui
sacrum B. Petri Apostoli tui febribus magnis de-
tentam piæ rogationis intuitu prefecte sanasti,
sancti ☩ ficare & bene ☩ dicere digneris creatu-
ram hanc Aquæ in tuo Sanctíssimo Nomini, &

Reliquias Sanctissimi Confessoris tui Alberti, quem spreto sæculo, ad Almæ Genitricis tuæ Virginis MARIÆ Religionem vocare dignatus es: concede quæsumus, ejus gloriosis meritis, & intercessionibus, ut quicumque febrium vexatione gravantur, per hujus sumptionem humilem à cunctis animæ, & corporis languoribus libereutur, atque Ecclesiæ tuæ incolumes repræsentari mereantur gratiarum tibi actiones in ea jugiter referentes. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Se mete la reliquia tres veces en forma de cruz.

Bene ❖ dic Domine meritis Sancti Alberti, creaturan hanc Aquæ ⚔, qui glorioso tuo corpore benedixisti, Aquas Jordanis ⚔ & præsta, ut omnes gustantes ex ea tam corporis, quam animæ recipiant sanitatem. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

ANTIPHONA.

O Albertæ, norma munditiæ, puritatis, & continentiae, ora Matrem misericordiae, ut in hac valle

miseriæ nos defendat ab omni labe: ut exuti mortali corpore, perfruamur æterna requie.

V. Ora pro nobis Beatæ Albertæ.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

CONCEDE quæsumus Omnipotens Deus, ut per virtutem benedictionis hujus Aquæ, & per meritum Passionis Domini nostri Jesu-Christi, & per intercessionem Beatæ MARIÆ Virginis, Beati Alberti, & omnium Sanctorum, omnes fideles qui pie, & devote aquam istam gustaverint animæ, & corporis sanitatem valeant recipere, & in tuo sancto servitio permanere. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

BENDICION

DEL AGUA DE SANTA ROSALIA.

Reliquia ó imágen, cruz, estola y luz.

V. Adjutorium nostrum, &c.

R. Qui fecit Cœlum, &c.

V. Sit Nomen Domini, &c.

R. Ex hoc nunc, &c.

V. Domine exaudi, &c.

R. Et clamor meus, &c.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS qui ad salutem humani géneris maxima quæque Sacramenta in aquarum substantia condidisti: adesto propitius invocationibus nostris, & Elemento huic, cui Iconem S. V. ac dilectissimæ Sponsæ tuæ Rosaliæ jam infundo, ea intercedente virtutem tuæ Benedictionis ❖❖ pariter infunde, ut creatura tua mysteriis tuis serviens, ad abigendos Dæmones, morbosque pellendos, misericordiæ tuæ sumat effectum, ut quidquid ægris corporibus hæc unda resperserit liberetur ab omnibus malis non illic resideat spirirus pestilens, non aura corrumpens, non morbus (NN.) Discedant omnes insidiæ latentis inimici, & si quid est, quod aud incolumitati habitantium invidet, aut quieti sump-tione hujus Aquæ effugiat, ut salubritas per inter-cessionem S. V. Rosaliæ expetita ab omnibus sit

impugnationibus defensa. Per Christum Dominum &c.

Benedic ✠ Domine hanc aquam; ut sit remedium salutare generi humano, & per intercessionem S. V. tuæ Rosaliæ, præsta ut quicumque ex illa sumpserint corporis sanitatem, & animæ tutelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

ORATIO PRO S. ROSALIA.

DEUS, qui Beatam Rosaliam Virginem, e regalibus mundi declivibus in montium soli tudinem tras-tulisti; concede propitius ut ejus meritis, & patrocinio, á sæculi voluptatibus in cœlestium amorem transferamur, & ab iracundiæ tuæ flagelis misericorditer liberemur. Per Dominum nostrum. Amén.

In nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti.

BENDICION DE LOS CORDONES DE SAN BLAS OBISPO.

En su dia, ó como la necesidad lo pidiere.

Cruz, estola y luz.

V. Adjutorium nostrum, &c.

R. Dominus vobiscum, &c.

OREMUS.

DOMINE Sancte, Pater Omnipotens, æternæ Deus, per partum Beatissimæ Vîrginis MARIÆ, & per intercessionem Servi tui Blasii Martyris tui, atque Pontificis, & omnium Sanctorum, benedicere ✠ digneris hos Funiculus tua Sancta spirituale benedictione: ut sint omnibus fumentibus salus mentis, & corporis, atque contra omnes morbos, & universas inimicorum insidias tutamen. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, Panem vitæ, qui de Cœlo descendit, & dat vitam, & salutem mundo: qui tecum, & cum Spiritu Sencto vivit, & regnat Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Benedictio Dei Patris ✠ Omnipotentis, & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti descendat, & maneat super hos Funiculos. Amen.

Agua bendita.

BENDICION PARA CUALQUIER

COMIDA, BEBIDA Ó MEDICINA.

V. Adjutorium nostrum, &c.

V. Dominus vobiscum, &c.

OREMUS.

BENEDIC ✠ Domine creaturam istam N. benedictione sancta tua: & corporis: & contra omnes morbos, atque universas insídias inimicorum, tutamen, & salutare remedium: tantamque virtutem per signaculum Sanctæ Crucis recipiant: ut omnes infirmitates sanet, spiritus malignus repellat, maleficiaque omnia dissolvat. Per Christum, &c.

BENDICION

DE LAS CANDELAS DE BUEN MORIR.

Teniéndolas encendidas en la mano en aquella hora, y encomendándose á la Santísima Virgen MARIA, con la boca ó con el corazon, gana indulgencia plenaria de todos sus pecados el moribundo, por concesion de San Pio V. y de Adriano VI. Solo pueden bendecirlas los prelados de los Ordenes Mendicantes. Guárdase el originat en Santo Domingo de México.

(P. Betanc. en su Man.)

Cruz, estola y luz.

V. Adjutorium nostrum, &c.

V. Domine exaudi, &c.

V. Dominus vobiscum, &c.

OREMUS.

DOMINE Jesu-Criste lux vera, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, obsecramus immensam clementiam tuam, ut has candelas, quas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti, benedicas, ✠ & santificas, ✠ talemque benedictionem signaculo Crucis accidiant, ut quicumque aliquam earum hora mortis, acensam in mano tenuerit, & gloriosæ Virgini MARIÆ Genitrici tuæ se comendaverit, saltem corde, si ore non potuerit, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem consequatur. Discedant ergo ab hoc loco, in quo acensa fuerit omnes Principes tenebrarum, contremiscant, & fugiant cum satellitibus fuit: Nec præsumant amplius molestare servos tuos ægritudine laborantes, & auxilium gloriosissimæ Virginis MARIÆ Matris tuæ invocantes; quatenus post hujus sæculi caliginosa discrimina ad te Deum verum, lumen indeficiens, splendore gratiæ tuæ illuminati, valeant pervenire. Qui vivis & regnas cum Deo Patre, &c.

Agua bendita.

ABSOLUCION DE LA BULA.

MISEREATUR tui, &c. Indulgentiam, &c. Autoritate Dei Omnipotentis, & Beatorum Apostolorum ejus Petri, & Pauli; & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ tibi specialiter concessa, & mihi commissa, ego te absolvo ab omni sententia Excommunicationis maioris vel minoris, suspensionis, interdicti á jure, vel ab homine, & ab omnibus aliis quibuscumque pœnis vel censuris, in quibus cuacumque causa incurreris, quamvis earum absolutio sit reservata Sanctæ Sedi Apostolicæ, ita ut tibi per Bullam Sanctæ Cruciatæ conceditur, & restituo te unioni, & Congregationi Fidelium.

Item eadem autoritate ego te absolvo ab omnibus peccatis tuis, etiam quantumvis reservatis, & concedo tibi Inddulgenciam plenariam, & remissionem omnium peccatorum de quibus nunc, vel aliquo tempore confessus es, & ab illis quæ ignorasti, aut oblitus fuisti, & absolvo te á pœnis Purgatorii: In nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Quod si hac vice non discesseris reservo tibi

hanc gratiam usque ad extremum mortis tuæ articulum.

Estas últsimas palabras, Quod si hac vice, &c., solo se dicen cuando se da esta absolucion en la hora de la muerte, y se dejan cuando se da por la una vez en la vida.

ABSOLUCION

DE N. S. P. BENEDICTO XIV.

MODUS.

A SS. Domino N. Benedicto Papa XIV, approbatus pro oportunitate temporis observandus, ut infra in Rubricis notatur, ad impertiendam Benedictionem in articulo mortis constitutis, ab his, qui facultatem habent á Sede Apostolica delegatam.

Hæc Benedictio, quæ solet impertiri post Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis illis infirmis, qui vel illam petierint, seu verosimiliter petiissent, vel dederint signa contritionis, impertienda iisdem est, etiam si postea linguæ, cœterorumque sensuum usu sint des-

tituti, aut in delirium, vel amentium inciderit. Excommuicatis vero impenitentibus, & qui in manifesto peccato mortali moriuntur est omnino deneganda.

Habens prædictam facultatem ingrediendo cubiculum, ubi jacet infirmus, dicat: *Pax huic domui, &c.* ac deinde ægrotum, cubiculum, & circumstantes aspergat aqua benedicta, dicendo Antiphonam: *Asperges, &c.*

Quod si ægrotus voluerit confiteri audiat illud, & absolvat; si confessionem non petat, exciter illum ad eliciendum actum contritionis de hujus benedictionis efficacia, ac virtute, si tempus ferat, breviter udmoneat: Postea dicat.

V. Adjutortum nostrum, &c.

R. Qui fecit Cœlum, & Terram.

ANTIPHONA.

Ne reminiscaris Domine dilecta famuli (vel ancillæ tuæ) neque vndictam sumas de peccatis ejus.

Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson:
Pater noster, &c.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos á malo.

V. Salvum fac servum tuum (vel ancillam tuam
& sic deinceps.)

R. Deus meus sperantem in te.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spirttu tuo.

OREMUS.

CLEMENTISSIME Deus, pater misericordiarum,
& Deus totius consolationis, qui neminem vis pe-
tire in te credentem; atque sperantem secundum
multitudinem miserationum tuarum respice pro-
pitius famulum tuum N. quem tibi vera fides, &
spes christiana commendat. Visita eum in salutari
tuo, & per Unigeniti tui Passionem, & Mortem, om-
nium ei delictorum suorum remisionem, & veniam
clementer indulge, & ejus anima in hora exitus
sui judicem propitiarum inveniat, & in Sanguine
ejusdem Filii tui ab omni macula abluta transire
ad vitam mereatur perpetua. Per eundem Chris-
tum Dominum nostrum.

Tum dicto ab uno ex Clericis adstantibus *Confiteor, &c.* Sacerdos dicat: *Misereatur, &c.* deinde.

Dominus noster Jesus-Christus, Filius Dei vivi, qui Beato Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi, atque solvendi, per suam amplissimam misericordiam recipiat confessionem tuam, & restituat tibi Stolam primam, quam in Baptismate recipisti, & ego facultate mihi, ab Apostolica Sede tributa Indulgentiam plenariam, & remissionem omnium peccatorum tibi concedo in nomine Patris, &c.

Per sacrosancta humanæ reparationis mysteria, remittat tibi Omnipotens Deus omnes præsentis, & futuræ vitæ pœnas, paradysi portas aperiat, & ad gaudium sempiterna perducatur. Amen.

Absolvat te Omnipotens Deus, Pater & Filius, & Spiritus Sanctus, Amen.

Si vero infirmus sit adeo morte proximus, ut neque confessionis generalis faciendæ, neque præmissarum precum recitandarum tempus suppetat, statim Sacerdos benedictionem ei impertiatur.



FORMA DE LA ABSOLUCION

Para los Hermanos del Santo Escapulario de la Santísima Virgen MARIA de la Merced, para la hora de la muerte.

El Reverendísimo P. M. General Fr. José de Mezquia, deseoso del mayor bien y consuelo de las almas, da comision á cualquiera sacerdote, para que en los casos de ño hallarse presente religioso presbítero de la Merced, use de la mencionada fórmula.

Dicha la Confesion: Misereatur tui, &c. Indulgentiam, &c., proseguirá el Sacerdote la inmediata forma: Dominus noster Jesus-Christus Filius Dei vivi, qui Beato Petro Apostolo suo dedit potestatem ligandi, atque solvendi, per suam piissimam misericordiam te absolvat, & ego anthoritate Apostolica Confrutibus, & Consororibus Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercedis, Redemptionis Captivorum ejusdem Ordinis Sacrum Scapulare ferentibus, in articulo mortis constitutis indulta, & speciali gratia concessa, & mihi commissa á Sanctissimo Domino nostro Alexandro IV. & aliis Summis Pontificibus & ab Innocencio XI confir-

mata: absolvo te ab omnibus excommunicationibus, & vinculis interdicti, si teneris, in quantum possum, & tu indiges, & restituo te Sacrosanctis Sacramentis Ecclesiæ, Communioni, & unitati Fidelium. In nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Item, eadem autoritate absolvo te ab omnibus peccatis tuis, quæcumque commissisti, & de quibus corde contritus (vel contrita) & ore confessus (vel confessa) es, quorum memoriam non habuisti, & non habes, usque in presentem diem, & restituo te illi innocentiae, in quæ eras quando baptizatus (vel baptizata) fuisti, & puritati eidem, in quantum claves Sanctæ Matris Ecclesiæ se extendunt. Remitto tibi etiam pœnas Purgatorii, quas propter culpas, & offensas contra Deum, proximum, & te ipsum (vel ipsam) commissas incurristi. Claudio tibi portas Inferni, januam aperio Paradysi, & bona per te facta, & fienda sint tibi in remissionem peccatorum, in augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen. Et hoc, si hac, de quæ ægrotas, infirmitate morieris; si autem, sal-

va hæc gratia tibi sit, donec fueris in articulo mortis constitutus (vel constituta.) In nomine Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

BENDICION DE MORTAJAS.

Adviértese que en el paréntesis se ha de mentar el Santo á quien pertenece el hábito; como tambien, segun el P. Betancurt, que para las de San Francisco solo los guardianes de la Religion en sus jurisdicciones, tienen privilegio de aplicar la indulgencia plenaria al difunto que no pidiere: en cuyo caso de no ser prelado, como va dicho, se escusan tambien las palabras del último paréntesis. (P. Mig. Benegas, en su Man. de Parr. p. 184.)

OREMUS.

DOMINE Jesu-Christe, seminator, & inspirator et religiosi propositi, qui indumentum nostræ carnis pro salutare humani generis suscipere voluisti, & in præsepio vilibus pannis involvi non horruisti, respice propitius ad preces humilitatis nostræ: & hanc religiosam vestem, (& chordam S. Francisci) bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare digneris: & conceda ut quicumque, ad involvendum summ corpus in morte, illum iulerit, vel petierit, remissionem peccatorum, per Summos Pontifices Ecclesiæ tuæ confirmam assequatur. Qui vivis & regnas in sæcula sæculorum. Amen. *Se ro-
cia con agua bendita.*





M-357

Amor Rm

DIANVALITO